

96 1717, 16 18
Q. D. B. F.
**DE
REO, ALIMENTA
ET SUMTUS LITISACTO-
RI SUPPEDITANTE,**

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,

**QVAM,
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,
SUB AUSPICIIS ET INDULTU
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ALMA ET PERANTIQUA ERFORDIENSIS UNIVERSITATE,**

SUB PRÆSIDIO

DN. TOBIÆ JACOBI

Reinharthſ/

**J. U. D. SACRI FALATII CÆSAREI COMITIS, AC PANDECTARUM PRO-
FESSORIS PUBLICI ORDINARII,
PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE SUMMIS
HONORIBUS, PRIVILEGIIS AC IMMUNITATIBUS,
IN AUDITORIO JCOTORUM MAJORI,**

**HORIS CONVENTIS,
DIE XXII. JUNII ANNO MDCCXVII.
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI
EXHIBEBIT**

JOHANN GEORG GROBIUS, SCHMALCALDENSI.

**ERFORDIAE,
LITERIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPEGR.**



DN. TOTI ACORI
SUS PRAESEDIOS
TYPULATUM & LEXICATUM ARRIDICE
SUS DUXIMUS ET INDUAM
DILEXIS TERRAM OCEANICAM
RAT SUPREDITIONE
ET TERRA PLUTONIA
AGEM MUNDI

DN. JORGII ACERI

*VIRO PRÆNOBILI, AMPLISSIMO,
AC CONSULTISSIMO,*

**D O M I N O,
JOHANNI DAVID
JÄGER,**

*SERENISSIMI PRINCIPIS
SCHWARZBURGICO-RUDOLSTADIENSIS
A CONSILIIS CAMERÆ, HUJUSQUE PRÆFE-
CTURÆ LEUTENBERGENSIS SUPREMO
PRÆFECTO DIGNISSIMO,*

*PATRONO, FAUTORI, ET AFFINI
SUO ÆSZUMATISSIMO ET ÆTERNUM
COLENDΟ,*

*CUM VOTO PERENNIS FELICITATIS,
IN DEBITÆ REVERENTIÆ, AC OBEDIENTIÆ
MONUMENTUM,*

*DISSERTATIONEM HANC INAUGURALEM
DICAT ATQUE CONSECRAT*

*OBSEQUIOSISSIMUS CLIENS,
JOHANN GEORG GROBIUS,
SCHMALCALDENSI.*

NUO RAVMORI AMPLISSIMO
SACREDATISSIMO

D O M I N O
D E C I M A D A V I D

L Y C E R


S E R V I T U S H E R N I C E R I S
C O M M U N I C A T I O N I C O M M U N I C A T I O N
A G R E G A T U S A G R E G A T U S
C O M M U N I C A T I O N I C O M M U N I C A T I O N
P R A C T I C O D E N R A D O

P R A C T I C O D E N R A D O
C O M M U N I C A T I O N I C O M M U N I C A T I O N
C O M M U N I C A T I O N I C O M M U N I C A T I O N
C O M M U N I C A T I O N I C O M M U N I C A T I O N

C U M L O Q U E S U M M I P R E C I T U S
I N G E R I T U S A R M I T U S D E R N I C E R
M O N I M E N T U S

D U N G A M D O M A S A V A M

E R A M U S M A T U S C O M M U N I C A T I O N
I O H A N N E S D R O G G R O B I N S
L U B A K C E R O V I C H



DISSERTATIONIS SUMMARIA.

§. I.

Favores & Prerogativas Reorum pre Actioribus exhibet. §. II. Paradoxian thematis Inauguralis inde dedit. §. III. thema defendit. §. IV. V. & VI. Per Textus Juris Civilis & Canonici illud probat. §. VII. Regulam ponit de jure subministrandi adversario Alimenta & Sumtus litis. §. VIII. Istam probat, a) per Rationes, b) Doctores, & c) Conclusiones. §. IX. Exceptionem à Regulâ & quidem nostrum thema cum suis requisitis continet. §. X. Per Doctores illud confirmat. §. XI. Rationes adjicit, quare Reus Actori alimenta & sumtus litis interdum subministrare debeat. §. XII. Qualitatem Actoris alimenta à Reo pretendentis adjicit, qua consistit in pauperrate, qua ibidem examinatur. §. XIII. Spuriae paupertatis exemplum exhibet, §. XIV. Reus ad alimenta & sumtus litis isti

non tenetur, qui aliunde habet, unde vivat. §. XV. Pauperis inde non alleganda, sed probanda. §. XVI. Modis istam probandi. §. XVII. Pauper non est, qui proprii culpa ad inopiam redactus. §. XVIII. Reus actori pauperi in omnibus Actionibus, quibus res ab ipso posse petuntur, ad alimenta & sumptus litius pendente lite tenetur, in modo in Actione simplici ad alimenta. §. XXI. seqq. Objectiones ANTONII MERENDÆ recenset. §. XXXIV. Respondetur MERENDÆ. §. XXV. Dissensus Doctorum ad questionem: An cum Actor bone cause presumptionem pro se habere debeat, unde ista estimanda, & an precise sententia condemnatoria procedere debeat. §. XXVI. Nostra Sententia profertur. §. XXVII. In prima & secunda instantia, alimenta & expensis Reum Actori si peditare debere, & hunc ista tam ante quam post litem contestatatem urgere posse. §. XXVIII. An Actor Reo desuper Cautionem prestare debeat, ubi iterum Doctorum dissensus. §. XXIX. Nostra Sententia. §. XXX. In Judicio Ausstregali Reus Actori Expensas quoque subministrare tenetur, & interdum judicibus Ausstregalibus alimenta. §. XXXI. Nonnullas conclusiones ex Cap. II. X, de Accusationibus addit.





Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA,

DE

REO, SUMTUS LITIS ET ALIMENTA
ACTORI SUPPEDITANTE.

§. I.



On exiguae certè in Jure Prærogativas
Reis præ Actoribus esse indultas , non
solum in genere ex L. favorabiliores 125.
ff. de Reg. Juris. sed speciatim quoque
ex aliis passim Juris Romani Textibus
plusquam manifestum est. Sicut enim
in dubio magis pro Reo, quam Actorē
pronunciandum, Carpz. Proc. tit. 13. Art.
3. n. 75. Ita præsertim ex L. 156. §. 1. ff.
de Reg. Jur. junctâ L. 1. §. 4. ff. de superficieb. constat, quod Ju-
ra in dandis Reo Exceptionibus longe sint faciliora , quam
Actori

A 2

Actori

Actori, in dandis Actionibus, eò quod hz ad Reum obligandum, illæ verò ad istum liberandum, tendant §. 1. *Institut.*, de Exception. L. 2. in pr. ff. eod. Jam verò multum interesse ex Arriano refert Paulus in L. 47. ff. de O. & A. utrum aliquis obligetur, an liberetur, in tantum; ut ubi de obligando queratur, propensiores esse debeamus, si habeamus occasionem, ad negandum; At ex diverso, ubi de liberando: faciliores simus, ad absolvendum. Hinc ex eodem principio Imperator Antoninus in L. 4. C. de Edendo rescripsit, quod Actor non probante, Reus, et si nihil ipse praestet, tamen obtineat, usque adeò, ut hic Documenta, vel alia adminicula ad probandam vel facilitandam ad minimum Actoris intentionem huic nullatenus edere, sed Actor propriis semper probationibus comparere teneatur; citat, L. 4. C. de edend. idque cum Juris & æquitatis rationibus omnino congruere supra laudati Imperatoris Antonini Filius, Alexander in L. fin. C. eod. tit. recte testatur, cum alias Reus proprio se jugulare gladio, & Actori tanquam adversario arma de sua domo subministrare deberet, ad quod tamen neminem cogendum esse. ex arg. L. 7. C. de Testibus, juncto Cap. 1. X. de Probation. sufficienter patescit.

§. II.

Ob tantam ergò, quâ Rei præ Actoribus gaudent in Legibus, prærogativam, non potest non præsens dissertatio-
nis nostræ argumentum, primâ quidem, ut ajunt, fronte,
cuidam videri absonum, utpote personam Rei producens in
medium, quæ communis favoris expers, actori, adversario
suo, ad litem alimenta suppeditare teneret, & expensas,
atque sic vim quasi in ferre assuetæ inclinationi ac ordinariæ
Reorum Naturæ, cuius proprium regulariter est fugere, &
ex quo etiam à Justiniano Fugiens dicitur in L. 13. §. 2. & 3.
C. de Jud. nec non L. fin. in f. princ. & §. 3. C. de bon. que liber.
Si quidem ejusmodi Reus, qui actori alimenta & expensas
litis subministrare obstringitur, adversarium suum non tam
fugit, quin potius ad agendum provocat, tantum non ner-
vum

vum litium gerendarum , in sumtibus , & alimentis potissimum consistentem , ut eo felicius in causa obtineat , suggesterit , aggresso & provocato ad pugnam ea propter non absimilis , qui hosti provocanti & aggressori armis omnino destituto , atque ad nocendum incapaci , concedit tela , ut vel exoptatiori progressu nocere , vel istum omnino prostertere valeat .

§. III.

Enim verò , cum non obstantibus ipsis , quæ præsens thema inaugurale quadam tenus Paradoxon efficerentur , variæ causæ subesse queant , quam ob rem Reum actori cum alimentis sumtus litis præstare oportere , & æquitas svadeat , & Leges jubeant ; idque multò magis , cum ut Actoribus Iura quoque faveant , non sit infrequens , si præsertim non de Reo condemnando , sed saltem de Judicio contra ipsum fundando agitur , de quo eleganter Gail , L. 1. observ. 31. n. 12. & observ. 22. n. 4. cum Bartol. in L. 8. pr. ff. qui satisd. cogunt . videri potest , ubi inquit : *Actori in Exordio litis faveatur , ut in dubio admittatur , in medio pariter utrique , tam Actori , quam Reo , ut veritas indagetur , in fine Reo , ut in dubio absolvatur.* Confer . quoque Brunnemann . Consil. 136. nomine Facultatis Juridicæ Francofurthensis à Dn. Samuele Strykio Anno 1669. elaboratum n. 140. Hinc dictum argumentum dignissimum judicavimus , ut in præsenti Dissertatione Inaugurali paulò curatiùs dispiciatur , & ad examen , quâ Theorethicum , quâ Præticum , eâ tamen , quâ fieri potest brevitate , revoctur .

§. IV.

Non autem errabimus , si illos Juris textus hic præponamus , ex quibus Actoribus potestas exigendi à Reo alimenta & sumtus litis potissimum concessa legitur ; ubi tres potissimum nobis exhibentur , quorumduo priores sunt ex Jure Civili , & tertius è Jure Canonico . Et (1) in L. si Instituta 27. §. 3. ff. de inofficiose testamento , nec non (2) in L. f. C. de ordine Cognitionum , ac denique (3) in Cap. II. X. de accusationibus , Inquisitionibus , & Denunciationibus continentur .

A 3

S. V.

In L. si instituta 27. §. 3. ff. de inofficio testam. ICtus Ulpianus sic respondet: De Inofficio Testamento N eos contra Patrium suum, vel alium scriptum heredem proportione egerat, & obtinuerat; placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, que per inofficio testamenti Accusationem pro parte ei vindicabantur, decerni, eaq[ue] adversarium ei subministrare necesse habere, usq[ue] ad finem litis. Porro Imperator Constantinus in citata L. fin. C. de ordine Cognitionum. sequentem in modum rescribit: Quod si ei, qui ad Servitutem vocatur, quicquam direptum esse memoretur, universa, que consideriter, ablata, ita demum reddi convenit ei, qui seruus esse contenditur, si modo salvam rem futuram per idoneos fiduciarios promiserit. Nam si tales dare non potuerit: tunc e[st] convenit, de quibus in Judicio tractabitur, sequestrari, in eum diem, in quo Controversia sopiaatur. ita, ut ex iisdem (si aliqua alia facultas esse non poterit), tantum litis Sumitus & Alimonie homini subministretur, quantum moderato Judicis arbitrio fuerit estimatum; Cum autem nec dum lite de statu mota, res ab aliquo direpta sint, & sententie de restituenda possessione rerum lata, ille ne huic sententie, satisficeret, de statu controversiam movit: necessitatem habebit, & sine satisfactione eisdem res reddere, & tunc causam liberalem secundum juris ordinem exercere. Denique in cap. II. X. de Accusationibus Alexander III. Pontifex in causâ Accusationis Monachorum quorundam contra eorundem Abbatem ita statuit: Ex parte tuâ: Prudentia Tua respondemus, quod Monaci (nisi alia rationabilis causa impedit) eo quod de obedientia & subjectione Abbatis esse noscuntur, ab ejus Accusatione sunt nullatenus repellendi; licet alios accusare non possint. Quibus (si quidem cum proprium non habent) de rebus Monasterii expensae debent

bent necessariæ, donec causa debitum finem ac-
cipiat, ministrari.

§. VI.

Nemo non ex dictis Textibus animadvertisit, cum Ulpiano & Imperatore Constantino Alexandrum III. Pontificem in eō conspirare, quod Rei in istis casibus Actoribus alimenta, imo in casu Legis f. C. de ordine Cognitionum, sumtus quoque litis hac pendente suppeditare debuerint; Cum tamen hæc deciso non semper, sed præsuppositis, saltem certis circumstantiis locum inveniat, istam speciatim nunc considerabimus.

§. VII.

Pro Regulâ ergo supponendum: Quod Litigans suo aduersario, sive Reus, sive Actor sit, de Alimentis vel sumtibus regulariter non teneatur prospicere, per textum expressum in L. Imperatores 17. ff. de Tutela & Rat. distribut, ubi idem Ulpianus ab Imperatoribus Severo & Antonino rescriptum refert: Cum hoc ipsum queratur, an aliquid sibi à Tutoribus vel Curatoribus debeatur: non habet rationem postulatio tuâ, Volentis in sumtum litis ab his tibi pecuniam subministrari. Sed quod is sumtus suppeditate debeat, cuius commodum Aetus respicit. L. sed et si, 11. §. 1. ff. ad exhibendum, Gail. L. 1. obs. 99. n. 1.

§. II X.

Quod ipsum, sicut æquitate naturali, ob perpetuum onerum & in commodorum connexionem aperte fundatum, L. 10. ff. de Regi Jur. & de sumtibus litis ex allegatis textibus certum, in tantum, ut ne quidem ob æstatem pupillarem Actoris contrarium admittendum arguitur. L. 17. ff. de Tutela & Rat. distribuend. quin potius hanc Regulam speciatim ad judicialia extendendam, ut quisquis pro & in Judicio sibi proficia petat, obnoxius, fiat impendiis, Schrad. de Feudis part. 10. Sect. 14.

§. 24.

§. 84. Ita ob identitatem & majoritatem rationis, idem certe de Alimentis statuendum; & huic Regulæ unanimi ore non solum adscribunt Doctores celeberrimi, ut Cephal. *Consil.* 714. n. 9. *seqq.* *Vol. V.* Hartm. Pistor. *L. i. quest. 20. n. 2. in fin.* & communem esse testatur Math. Coler. de *Process. Execut.* *P. i. cap. 2. n. 95.* quem cum reliquis allegat Martin. Coler. de *Alimentis.* *Lib. i. Cap. 14. n. 28. p. m. 399.* Sed certe quoque inde concludunt, quod e. g. si. (I.) *Transmissio Actorum* ab una saltem parte petita, haec sola sumtu quoque suppeditare debeat. Brunnem. in *Process. Civil.* *cap. 27. n. 5.* Stryk: *Introduct.* ad *Prax. forens.* *cap. 21.* §. 8. ubi tradit *Cautelam*, (II.) quod is, qui vel re, vel corpore alterum arrestat, sumtus arresti, putando custodiā & alimentationē Arrestati factos, vel faciendo subministrare oporteat, & ideo Arresta semper sumtibus & periculo impetrantis indulgeri solere. Porro (III.) circa Commissarios, quos pars altera petit, sic observetur, ut quicquid sumtuum, illorum functio, actusque depositunt, ab iis, qui petunt, sustinendum sit. Rütger Ruland. de *Commissar.* *p. i. L. 6. Cap. 12.* Gräven. *Pract. concl. 99. per tot. n. 1.* ubi de Praxi Camerali testatur. quod idem quoque (IV.) de iudicibus Delegatis verum sit, quod scilicet is, ad cuius petitionem fiat delegatio, omnem quoque sumtum Judicii, quod delegatus suscipit, sustinere debeat, & ideo semper delegatio facta putetur sumtibus perentis. Baldus in *L. 3. n. 9. C. ad L. Julianum de Adulter.* allegatus ea propter a Mevio in Consilio, quod extat apud Brunnemanni Consilia posthumā, *Consil. 135. num. 7.* (V.) Quod, qui Testes ad Articulos examinari desiderat, is solus tanquam *Producens & Impetrans sumtu exsolvere debeat*, licet pars adversa Interrogatoria exhibuerit, atque ita examen Testium utriusque partis utilitatem respicere videatur. Menoch. de *Arb. Judic.* *quest. L. 2. Cent. 3. cap. 228. n. 21.* & denique (VI.) Coram Judice Seculari conventus, & ab eodem capit, si petat se remitti ad judicem ecclesiasticum, suis impensis remitti debeat. Menoch. *dit. loc. n. 28. Sc.*

§. IX.

§. IX.

Sicut autem à prædictâ Regulâ omnes tres textus, quos in §. V. supra allegavimus, expressè recedunt, & Actori jus tribuunt, alimenta cum sumtibus litis à Reo prætendendi; Ita ex circumstantiis dictorum textuum certum est, contineri ibidem à Regulâ Exceptionem, quæ ea propter non semper obtinet, sed tunc, quando 1.) actor est pauper, 2.) de eo, quod suum est, vel debetur, vel ex toto vel pro parte litiget, & denique 3.) pro se bonæ causæ habeat præsumptionem.

§. X.

His tribus conjunctim concurrentibus Doctores magno colligunt consensu: Actori interea à Reo Alimenta esse subministranda, & judicem sententiâ, quam vocant, provisionalijista decernere oportere. Martin. Coler. L. 1. de Alimentis, cap. 14. n. 38. seqq. Petr. surd. de Aliment. tit. 1. quest. 109. seqq. & quest. 119. per tot. Math. de Afflictis Dec. 10. & 152. Guido Pa-px singular. 537. inf. quodetiam de litis Expensis afferendum. te-
statur Mev. p. 4. Dec. 194. n. 4. & f. & in not. p. 5. Dec. 375. Myn-
sing. cent. 6. obj. 21. n. 1. Carpz. Dec. illusir. 242. n. 28. seqq. & tit.
24. Proc. Jur. Art. 1. in f. Hartman. Pistor. L. 1. quest. Jur. tit. 20.
n. 4. Temmen de Litium Expensis cap. 6. per tot.

§. XI.

Ratio autem hujusmodi provisionalis Adjudicationis, alimentorum & Expensarum Litis, concurrentibus dictis tribus requisitis, ex ipsa requitate naturali deducitur, quæ vult, ut pauperi non calumniose agenti subministrantur remedia, (quæ in Alimentis & Litium Expensis potissimum consistunt) adeundi judicem, & jura sua contra Adversarium experiri, qui res istas, quæ probabiliter non ad ipsum, sed A-

B etorem-

ctorum pertinent, possidet, ipsisque in præjudicium veri Domini vel illius, qui meliori jure in ipsis gaudet, utitur; Si enim Reus ejusmodi Actori egeno optime tamen in causâ fundato, ad suppeditanda alimenta & sumptus litis cogi non posset, actor contra omnem æquitatem jura sua indiscussa relinquere cogeretur, ipsisque via judicem adeundi omnino præcluderetur, cum tamen ex L. 1. §. sed & si incertum ff. de ventre in possessione, mittend. satis aperte constet; quod melius sit dispendia inutilia facere, quam denegare alimenta ei, qui bonorum Dominus quandoque futurus est, vid. Mev. P. 4. Dec. 194. n. 7. in not.

§. XII.

Non omni autem Actori, sed solum paupertatis infortunio oppresso. Alimenta & Litis Expensa à Reo sunt subministrandæ. cit. L. 27. §. 3. ff. de inoff. Testam. ibi: propter inopiam. L. f. C. de ordin. Cogn. ibi: si aliqua alia facultas esse non poterit, Cap. II. X. de Accusat. ibi, siquidem cum proprium non habeant. Dicitur autem pauper, qui nec immobilia nec mobilia possidet, nec aliunde quid in bonis habet, nec denique propriis operibus sibi viëctum querere potest. Joh. Bapt. Pontanus tr. de Aliment. Cap. q.n. 2. imò quemvis, pro mercede servientem, præsumi pauperem tradit. Bencaf. tr. de Paupert. & ejus Privil. quæst. 6. n. 1. tom. 18. allegatus à Mev. P. 8. Dec. 403. n. 3. Vel secundum quosdam, qui non habet quinquaginta vel centum aureos in bonis. Arg. L. 10. ff. de Accusat. §. 3. Inst. de success. Liber. Vid. Dn. Schilter. Ex. ad ff. 6. §. 13. sed rectius Paupertatis vel Inopiaz estimationem pro diversitate circumstantiarum arbitriam esse, & judicis arbitrio relinquendam ex Menoch. L. 2. de Arbitr. judic. quæst. Cent. 1. Cap. 61. testatur Carpz. P. 1. Consil. 23. Defin. 14. n. 4. s. Non datur enim ejusmodi Paupertatis definitio, quæ in universum valere queat, sed pro diversitate materiz, circa quam facultates consideran-

derantur, opes vel inopia reputantur. *Mafcard. de Probat. Concl. 1159 ff. per tot.* Neque ex aspectu exteriore facilis est paupertatis definitio, multo minus, quæ splendent & squalent, semper ita se exterius habent, cum multum in hoc sit sæpe dissimulationis, ita loquente Mev. *P. 5. Dec. 83 n. 2. in not. qui sub n. 5.* eum in finem allegavit Alexandrum, qui consil. 137. *Vol. 7.* Paupertatis varium omnino significatum plenius demonstrat. Addatur quoque Gail. *L. 1. obs. 142. n. 8.* ubi invenies ex traditionibus Doctorum differentiam; Inter Pauperem, Inopem, Mendicum & Miserabilem.

§. XIII.

Hoc tamen tenendum, a Etorem, qui artem calleret, ex qua sibi viætum & alia necessaria possit querere, nec alimenta nec expensas à Reo prætendere posse, cum is, qui artem novit, ex quâ vitam sustentare possit, non dicatur pauper. *Mafcard. de Probat. concl. 1154. n. 36.* modo tantæ sit valetudinis, ut istam exercere queat, secus si morbo aliquo impeditur. *Bartol. in L. un. in fin. C. demandicant. valid. L. n.* Vel si ipsi & ejus familia propter nobilitatem & splendorem ejusmodi arti incumbere omnino probossum sit, *Ant. Peregrin. L. 3. de Jur. Fisc. cap. 18. n. 74.* *Garsias de Expens. & Meliorat. Cap. 4. num. 22.*

§. XIV.

Iste ergo, qui sibi ex propriis rebus succurrere potest, ad beneficium nostrum non est admittendus, *Martin. Col. de Aliment. L. 1. Cap. 14. n. 50.* cum è contrario reus ab Alimento rum & sumtuum litis præstatione se liberare non valeat, si v. g. actor filium vel fratrem vel alios locupletes, à quibus ali possit, vel debeat, habeat, ita tradente Cravetta. *Consil. 164. n. 2. & 3.* ubi allegavit hujusmodi assertionis fundamenta, q. ii.

bus supra citatus Colerus ex Baldo ad L. f. C. de ordin. Cognit. n. ult. hoc quoque annexit, quod hujusmodi alimenta & sumptus litis litiganti Actori tanquam de proprio dentur patrimonio.

§. XV.

Non allegasse autem Paupertatem ab Actore sufficit, sed quoque probanda est, ubi enim paupertas est fundamentum intentionis, vel quis ex ejus obtentu beneficium consequi intendit, ibi non præsumitur, sed tanquam in facto confitens Gail. L. 1. obf. 145. n. 5. probari debet. Matth. Afflictu Det. 377. in fin. Natta Consil. 343. n. 3. Mascard. de Probat. Concl. 159. n. 5. Non autem probata ista, statuitur contra debitorem, ut non inopem, præsertim, si talis antea fuit, cum mutatio non præsumatur. Mev. P. VII. Det. 190. n. 3.

§. XVI.

Modi paupertatem probandi duo potissimum sunt consueti & recensentur à Gail. Lib. 1. obf. 142. n. 6. Scilicet 1.) Documenta Magistratus aut Vicini, vel 2.) Juramentum, quod ea propter Paupertatis vocatur. Quamvis enim Carpz. P. 1. Consil. 23. def. 14. n. 3. nolit, ut quisquis indifferenter paupertatem allegans ad Juramentum admittatur, sed potius requirat, ut prius de prætensiâ paupertate, antequam juret, aliunde fidem faciat; quia tamen de isto casu loquitur, ubi litigans, qui ad paupertatem provocat, de perjurio vel est suspectus, vel paupertatem propriâ culpâ sibi accersivit, hinc à nobis hâc in parte non dissentit.

§. XVII.

An vero is, qui propriâ culpâ ad inopiam redactus, &

& vivendi mediis destitutus beneficio hoc pauperum uti, & à Reo expensas litis, & sumtus prætendere possit? exinde du-
biū est, quod Pater filium, qui bona suorum alimentorum
causa à patre sibi assignata dilapidavit, nihilominus alere te-
neatur, idque sive levī sive latā culpa vel ipso dolo hoc factum
sit. Martin. Col. de Alimentis, L. 1. Cap. 2. n. 22. & 23. ubi hanc
thesin contra Pontanum de Alim. cap. 2. n. 5. & Menoch. de A. J.
Q. L. 2. Cent. 2. Cas. 182. n. 55. & plures alios (1) per L. pen §. 1. ff.
de Curatoribus furiosi, (2.) per L. 41. in f. ff. de operis Libert. & deni-
que (3.) per L. Imperator. 50. ff. ad SCi. Trebell. rectius probat;
Sed hoc non obstante Negativè hanc quæstionem deciden-
dam esse, non dubitamus, eo quod ejusmodi Actor benefi-
cio hoc se indignum omnino reddiderit, cum semetipsum in
necessitatem posuerit. arg. L. 37. in fine ff. de Minor. Hinc re-
cte Pontanus cit. tr. de Aliment. cap. 4. n. f. afferit: Paupertatē,
quæ ortum habuit ex luxu, ludo, aut gula, indignam
esse omni Judicis aut Juris beneficio. Insuper magna est di-
sparitas: inter alimenta filio luxurioso à patre debita, & in-
ter illa, quæ Actori inopi à Reo præstanda. Hæc ex benefi-
cio Jurispositivi civilis, illa verò ex ipsa Lege Naturæ filio
debentur, adeoque non tam hæc, quam ista per propriam
culpam vel dolum statim amittuntur arg. L. Mutus, furdus 73.
ff. de jure Dot. ibi: ut in exilium . ut in insulam relegato parenti præ-
fet alimēnia. Confer. glossa in L. f. §. Sin vero postquam. de jure de-
ber, verbo: censuerunt.

§. XIIIX.

Porro hic disquiri meretur, in quibus propriè casibus Actori
pauperi à Reo alimenta cum sumtibus litis suppeditanda sint?
Ubi Doctores unanimiter ferè statuunt, in Actionibus reali-
bus, quibus petuntur res, à reo possessæ, id fieri debere. Vid.
Dd. supra in § X. allegati, puta, si rei vindicatione res singu-
laris, vel hæreditatis petitione, res universalis sive hæreditas

B 3

vel

vel in totum, vel pro parte à possessore petitur. Idem quoque de hypothecaria & Interdictis sive remediis possessoris, nec non de Confessoria ad usum fructum vel usum consequendum statuendum est. Imò in actione personali ob creditum competente idem habere locum assertunt. *Mev. P. 4. Dec. 164. n. 6 seqq. & Brunnemann. ad d. l. 27. ff. de inoff. testament. n. 43.* Eadem enim ratio, idem efficit jus. Nam sicuti æquum visum est, ut qui res petitas suas dicit, nec calumniose agere reperitur, inops, inde litis necessaria impendia habeat, ita simili æquitate, quæ causa est ejusmodi provisionalis adjudicationis, debentur ex pecunia creditâ. *Faber in Cod. L. 8. tit. 6. def. 2. n. 2.* Pari ratione efficitur, ut mulieri post mortem mariti sui dotem repetenti, & inopia laboranti, pendente lite, per hæredem mariti, vel alios bonorum possessores, alimenta & sumitus litis decerni debeant. *arg. L. pen. ff. ut legat. ad quem textum in specie provocat Petrus Rebuffus tom. 1. tit. de sent. provisional. art. 3. cond. 1. n. 1. & ita in Camera Imperiali decimum fuisse testatur Mynsinger. Cent. 6. obs. 21. n. 1.*

§. XIX.

Hoc ipsum ulterius ad illum casum à Doctoribus exten ditur, ut etiam si neque bona, neque creditum proprie sic dictum, sed saltem alimenta simpliciter debita perantur, tamen pauperi agenti reus interim alimenta & expensas præstare teneatur. *Hartm. Pistor quest. 20. n. 5.* quod exemplo spuri alimenta sive præterita sive futura ex patris defuncti bonis sive ex testamento, sive ex capite intestati, ab hæredibus pertinentis illustrat Petrus Rebuff, *cit. supr. loco art. 1. gl. 2. n. 30. & 31.*

§. XX.

Idem in istis actionibus præjudicialibus obtinet, à quārum

rum decisione pendet alimentorum præstatio per consequentiam, qualis est actio de partu agnoscendo & similes. Hinc si adolescentis quidam contendat: Titum esse suum Patrem, hic vero paternitatem neget, hunc à Titio interim alendum esse ex L. i. §. Si ea, quaest. de Venit. in possess. mitt. est extra dubium, modo ille in quasi possessione filiationis sit constitutus, vel alias modicam præsumptionem pro se habeat, extra hoc enim provisionaliter ali non debet. Rebuff. c. l. n. 21. Idem quoque de uxore, quæ à Mevio contendit, hunc esse ejus maritum, asserendum est, si modo aliqualis pro coniugio militans adsit præsumptio, vel uxor sit in quasi possessione Conjugii vel status maritalis constituta Coler. de Aliment. L. i. cap. X. n. 43. Imo si uxor contra maritum ad separationem vel quoad thorum & mensam, vel quoque ad vinculum sive ex capite malitiosa desertionis sive adulterii agat, à marito nihilominus pendente lite alenda, & ipsi, si sit egena, à marito conuento cum sumtibus litis alimenta suppeditanda, præfertim, quia maritus etiam uxori de adulterio accusata alimenta præstare tenetur. Coler. c. l. n. 37. & seqq. ibique plures citati Dd. Sic quoque Monachus alendus est per Abbatem, quamdiu pendet quaestio præjudicialis an sit Monachus, cap. II. X. de Accusat.

§. XXI.

Magnum interea istis, qua §. XIIIX. & seqq. allata sunt, iniicit scrupulum JCtus Italus, non insimil fortis, Antonius Merenda. L. V. Controv. Cap. 28. per tot. qui statuit: non in omni actione, per quam petimus rem nostram à Reo possessam, vel creditum, imo nequidem in omni petitione hereditatis Reum ad alimenta & sumtus litis Actori præstandos posse cogi, quia i) L. 27. §. 3. ff. de inofficio. testamento non loqueretur generaliter de omni Actori paupere, sed in specie de tali, qui erat vinculo consanguinitatis proximo non solum Reo junctus, sed

sed quoque in etate pupillari constitutus, atque sic I Ctum Ulpianum non alia ratione in casu Legis ad alimenta decernenda fuisse commotum, quam ex charitate naturali ex vinculo sanguinis descendente, hanc enim non pati, ut nepos im- pubes, quem injuste exhaeredatum esse prima sententia declaravit, miserrimam ex paupertate vitam duceret, alii vero paternam haereditatem ex testamento inofficiose, quod brevi temporis spatio rescindi speratur, possiderent. Hinc extra terminos Legis, decisionem de alimentis neutiquam esse ex- tendendam.

§. XXII.

Neque 2) obstat *L. i. §. 2. ff.* de ventr. in possess. mitt. ubi idem Ulpianus afferit: aquiu esse, vel frusta nonnunquam impendia fieri, quam denegare aliquando alimenta ei, qui Dominum bonorum aliquando futurus est, quem textum supra §. XI. profundandâ contrariâ sententia adduximus: eo quod loquatur de posthumo praterito, qui aliquo casu futurus erat suus haeres, adeoque de eo, quem certum est, aliquo casu adveniente, dominum bonorum futurum esse. Hoc autem non posse applicari ad omnem indistincte actorem, qui peteret, ex fundamento saltē probabiliter bono Res à Reo possessas, & de quo propter incertum litis exitum dubitari posset, an unquam hujus modi dominium habiturus sit,

§. XXIII.

Porro 3) Legem f. C. de ordin. Cogn. loqui pariter de speci- alī casu, ubi quis scil. petebat alimenta & sumptus litis ex rebus, quas antea possederat, sibi per vim ablatis, qui nullam omnino haberet connexionem cum casu, ubi quis pe- tit alimenta ex rebus ab adversario suo multo sapienter detentis, neq; vi, neq; clam neq; precario. 4) Ad cap. II, x de Accusatione, idem

idem respondet MERENDA L. 5. cap. 29. n. 12. Quod ibidem accusatoribus Monachis ab accusato Abbatte ex rebus monasterii alimenta sint præbenda , ex hac speciali ratione : quia ad Monasterium regulariter pertineret onus , alere Monachos , maxime , cum , ad illud tuerendum , labores & pericula subeant . In summa : MERENDA oppositio eo reddit ; quod Reus ad alimenta sumtusque litis Actori pauperi subministranda indistincte non teneatur , etiam si præsumptionem bona causa pro se habeat , & alter bona , quæ petuntur , possideat , nisi quoque concurrat vinculum confangvinitatis , & inde , vel ex aliquo alio capite , ad alendum , descendens obligatio .

§. XXIV.

Sed ut ut hæc omnia non sine magna veritatis specie contra communem fere Doctorum sententiam à MERENDA in medium sint producta , hæc tamen usu fori nonsolum prævaluit , nec ex Merendæ allatis rationibus sufficienter destruitur . De Praxi videatur præter jam allegatos celeberrimos potissimum Pragmaticos Dn. Mevius P. 4. Dec. 194. On. L B. de Lynker. Dec. 517. & Resp. 88. Vol. II. DN. Barthii Hodoges forens. cap. I. n. 4. ibique præjudicium . Quod autem rationes Merendæ attinet , his brevibus reponimus , quod illa ipsa æquitas , quæ Ulpianum in casu L. 27 §. ff. de inofficio . test. ad decernenda alimenta Actori pendente lite moverit , occurrat quoque , in aliis actoribus pauperibus , qui res suas à Reis possidentibus prætendent , & præsumptione bona causa usæ stipati sunt . vid. supra §. XI. & Mev. cit. supra loco Dec. 194. n. 6. quamvis non negandum sit : æquitatem in gradu augeri , si concurrat quoque in auctore pupillaris ætas & vinculum sanguinis , imò contextus citatæ Legis monstrat : Ulpianum in decernendis actori alimentis non tam ex hoc commotum fuisse , quin potius ob solam inopiam actoris , ibi propter inopiam pupilli . Porro , quod concernit Responcionem

C

Merendæ

Merenda ad L. f. C. de ordin. Cognit. verum quidem est, in casu Legis, petuisse quem alimenta ex rebus, quas antea possederat, sibi ablatis; sed non potest sufficiens & adqvata dari disparitatis ratio, quare non idem sit statuendum in casu, quo pauper actor à Reo petit, res ceteras ab hoc possellas, ad actorem tamen probabiliter spectantes.

§. XXV.

Eo ipso autem, quo supra §. XI. asservimus, Actorem à Reo alimenta & sumptus litis prætendentem, debere pro se bonæ causa habere præsumptionem, dubitari posset, unde bonitas causæ propriæ dijudicari debeat? Certe ab antiquis quibusdam JCrts, puta Bartolo, Baldò, Angelo & aliis ad d. L. 27. ff. de inofficio testamento, præcise requirebatur, ut antequam actori pauperi expensæ litis & alimenta à Reo provisinaliter adjudicarentur, prius in actoris favorem lata sit sententia, ex hac enim de bonitate causæ sufficienter demum judicii constare, estimabant. At ex diverso Brunneman: ad eundem textum n. 5. & ad L. f. C. de Ord. Cogn., n. 23. cum Menoch, de Presum. pref. 23. n. 3. seqq. Surdo de alimento, iis. I. quest. II. 2. n. 18. seqq. Math. de Affictis Dec. II. Fachino L. 12. Contr. 62. præviā judicis sententiam non requirit, sed alias quoque præsumptiones sufficere putat, de quibus ex professo tractat. Menoch. cit. supra Pres. 35.

§. XXVI.

De hocce statu Controversia sic sentimus: quod quidem in dicta L. 27. §. 3. ff. de inofficio, testam. expensæ litis cum Alimentis actori nepoti impuberi cum patruo suo de in officio Testamento litiganti ante sententiam pro isto latam non fuerint adjudicata; hoc tamen merè contingentia facti adscribendum esse, nec jus dicentem ejusmodi sententiam, ad decer-

decernenda actori alimenta præcisè commotum, sed ob ipsius paupertatem & alias in facti specie concurrentes exquitatis rationes. Idcirco alias præsumtiones quoque sufficere non dubitamus, quæ tamen, ut recte Merenda L. V. *Contr. Cap. 30. n. 3.* concludit, valde claræ & evidentes esse debent, quia, si secus esset, perperam certe allegaretur decisio d. L. 27. cum constet: extensionem de casu ad casum, non concurrentibus iisdem circumstantiis, non admitti. Quamvis ipse Merenda ab hâc quoque Sententia quadantenus citato loco recedat, & distinctione non in eleganti totam controversiam sopire intendat, quæ ibidem potest videri.

§. XXVII.

Ex hoc manifestum est, non in secunda solum, sed quoque prima instantia, imò, ad exitum litis usque, concurrentibus debitis requisitis, à Reo Alimenta, & expensas litis actori esse subministranda. Idque non solum in causa principali, sed quoque accessoriis, quibus litigantes interdum ad reparandam causam utuntur, obtinet, puta, si processus ex capite nullitate vel restitutionis in integrum impugnetur. c. l. 27. ff. de inofficio. testimoni. L. f. C. de ordin. Cognit. ibique Brunnen, n. 23. L. B. de Lynker. Resp. ff. Vol. 2. Et quemadmodum illas petere licet tam ante, quam post litem contestatam, imò, si opponerentur exceptiones altiorem indaginem requirentes, ut saltem lis proteletur, & excusio retardetur, in ipsa quoque Executione, ut tradit Rebuff. de sentent. provision, in prefat. n. 25. cum seqq. Ita è contra certum est, quod, si actor dicta alimenta & expensas litis à Reo non urgeat, judex ex officio ad istas subministrandas reum condemnare non posit. arg. l. 4. §. 8. ff. de damn. infel.

C 2

§. XXVIII.

§. XXIX.

Utrum verò actor de super cautionem Reo præstare debat, de satisfactione in casum succubentia, & qualem, & quantam, non una quoque Doctorum est tententia. Merenda c. l. affirmativam tuerit, & in specie cautionem fidejussioniam requirit. At Mart. Col. tr. de Aliment L. i. Cap. 14. n. 56. Et 57. cum Surdo. T. i. quest. 125. num. 1. seqq. Actorem à præstatione cautionis regulariter absolvit, idque ex hac ratione: 1) quia actor, etiamsi succumberet, non tamen ad eorum restitutionem compelli posset. L. sed si if. 5. §. An autem. 3. ibi Et hoc minus restituet, ff. de Carbon. edit. 2) quia ejusmodi alimenta & sumptus litis non jure actionis, sed officio judicis præstarentur, quo casu alimentarius cavere non teneretur. L. 10. in pr. ff. si cui plauquam per L. Falcid. L. ult. C. de ordin. Cognitionum.

§. XXIX.

Nobis hâc de controversia ita brevibus statuendum videatur, quod utut in thesi verum sit, actori in nostro casu alimenta & sumptus deberi, non jure actionis, sed officio Judicis, de qua differentia videatur Pontan. de Aliment. cap. i. n. 6. & quod alimenta officio Judicis præstata regulariter non repetantur; quia tamen in hypothesis non raro contingit, ut si non ab initio, tamen ex eventu appareat, actorem per calumniam litigasse, ac sic per sub & obreptionem quasi à Reo alimenta à Reo impetrasse, hoc verò casu alimentarium quam maximè ad restitutionem teneri, ipso fatente Col. c. l. n. 56. Hinc actorem saltem ad hunc effectum ad præstationem cautionis teneri, ita tamen, ut tam qualitas, quam quantitas cautionis discreto Judicis arbitrio non immerito determinanda relinqui debeat,

§. XXX.

Coronidis loco elegans exemplum, quo Reus actori sumtus litis, imo Judicii ipsi alimenta pendente lite subministrare tenerur, ex ipsa ordinatione Camerali P. 2. tit. 4. §. Und sollen Chur und Fürsten &c. addere non injucundum erit, ibi enim expresse cautum; quod, si Electores vel Principes coram judicio Austregarum conveniuntur, hi judicibus Austregalibus sumtus & Alimenta suppeditare debeant. Die selbe die Ausrichtung an die Herrn Anstrags Richter reichen sollen quod & in Camera Imperiali semper observatum fuisse attestatur Rütger, Ruland. tr. de Commissar p. 1. L. 6. cap. 12. n. 1. Schwanmann. de Proc. Camer. L. V. c. 2. n. 9. Frider. Lenz. de privil. immediat. S. R. I. Proc. Instant. n. 56 ubi dicit: De sumtibus in Judices hoc impendendis ita jus est: Si Princeps electus, cum in Cancellariis, ubi causarum decisionibus alias praefto, lites hujusmodi nunc disceptari soleant, animadverti, aliis sumtibus, quam qui in quovis ordinario Judicio erogandi, partes non onerari. Idem de Commissario Casaris, Principe vel Comite sentirem, nisi tamen illis vel illorum Ministris in itinera & alii sumtus faciendi, qui, uti & quod inferioribus Commissariis debetur, à Commissionis Imperatratore expendendi; In modo primo, secundo, septimo & ultimo. d. tit. 4.

sumt9 ad Principe Reum pertinent. In quinto quilibet partium, uti & in sexto suos Elector sustineat, quoad hunc tamen Praeses der Obmann in communes sumtus sedeat. Georg. Schubart de austreg. c. 6. n. 85. Ratio in eo consifit, qui a Rei fruuntur judicio Austregarum, tanquam singulari beneficio, hinc etiam onera isti annexa ferre tenentur. Jcti Argentor. in Consil. Brunn. 134. n. 30. confir. DN. Mevii Consil. contra DN. Electorem Brandenburg: in causa civitatis Collbergensis mense Martii anno 1669. elaboratum, nec non B. Domini Samuelis Strykii Consilium eodem anno Consilio Meviano in eadem causa in favorem Brandenburgen sis oppositum, quæ ultraque extant, in Consil. Brunnem. 134. 135. 136. 137. ubi repetita prælectione digna omnino inveniuntur.

S. XXXI.

Tandem hoc addendum; quod occasione supra allegati cap. II. X. de Accusat. per modum conclusionis speciatim deducatur; quod, si inter magistratum & cives controvēsia sit de administratione honorum civitatis, aut de collectio, similibusve expensis litis ex publico arario civibus actoribus eodem modo sint solvendz, uti quoque magistratus sumitus litis ex publico depromit, Mev. P. 2. Dec. 341. & ex eodem principio Rebuff. tom. I. de sentent. provision in pref. n. 115. cum Menoch. de presumt. 25. n. 21. concludit, quod collegz è collegio pendente lite alimenta præstanda sint; quod ab aliquibus quoque ad Pastores Ecclesiaz hactenus extenditur, ut li contra Parochos ratione Salarii experiantur, sumitus litis pendente processu ex redditibus Ecclesiaz sint definiendz, sed cum hac traditio valde suspecta videatur, non immerito dubitamus calulum nostrum isti adjicere.


COROLLARIA.

I.

Legatorum Sanctitas male communiter ex Jure Gentium derivatur.

II.

Ex matrimonio legitime Contracto datur natus spurius.



Væ dudum meruisti, ea tan-
dem præmia lætus,
Doctoris summo mactus ho-
nore, capis.

Nunc Martha excipiat spartam felix-
que vocaris,
Ac Tibi conductet firmiter hicti-
tulus.

Applausus ergo addebat
PRÆSES.

Dum Tibi Cognato summi tribu-
untur honores,
Exornantque Tuum Laurea ferta
caput:
Ex animo grator: Vivas & commo-
da multa,
Qua Tibi,qua Patriæ, Justitiæque
feras.

Prænibili & Consultissimo Dno.
Doctorando Affini & Compatrio-
suo dilectissimo prolixior Affectu
quam carmine applaudebit

SALOMO CHRISTOPH. MERCKELL.

J. U. Doctor, Dynastæ Smalcaldensis Advo-
catus ordinarius & Senator ibidem.

Præemia cum Themidis Tibi dantur, gratu-
lor; optans,
Innumeros fructus lætificosque ferant.

His
Clarissimo Dr. Doctorando honores Doctorales
festinante crenafauustos essejubet.

FRID. ANTON. Hallenhorst / J. U. D.

Erfurt, Diss., 1717



f

TA-706

nur 2 u. 4 bisher verknüpft



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Farbkarte #13

Cyan

Blue

8
7
6
5
4
3
2
1
Inches
Centimetres
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

1717, 16
P. D. B. V.

18

DE
**REO, ALIMENTA
ET SUMTUS LITISACTO-
RI SUPPEDITANTE,**

*DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
QVAM,
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,*

SUB AUSPICIIS ET INDULTU
AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ,
IN ALMA ET PERANTIQUA ERFORDIENSI UNIVERSITATE,

SUB PRÆSIDIO

DN. TOBIÆ JACOBI

Reinharths/

J. U. D. SACRI PALATII CÆSAREI COMITIS, AC PANDECTARUM PRO-
FESSORIS PUBLICI ORDINARIJ,
PRO CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE SUMMIS
HONORIBUS, PRIVILEGIIS AC IMMUNITATIBUS,
IN AUDITORIO JCTORUM MAJORI,

HORIS CONSVENTIS,
DIE XXII. JUNII ANNO MDCCXVII.
PLACIDO ERUDITORUM EXAMINI
EXHIBEBIT

JOHANN GEORG GROBIUS, SCHMALCALDENSI.

ERFORDIÆ,
LITERIS JOH. HENRICI GROSCHII, ACAD. TYPOGR.

